LA MORTE DI CLAUDIO CESARE SATIRA DI L. A. SENECA

Lucius Annaeus 4 a.C.-65 Seneca (4 a.C.-65), ...

LA MORTE
DI CLAUDIO CESARE

Satira

DI L. A. SENECA

edita nuovamente per cura

DI F. BERLAN

TESTO — ANNOTAZIONI

VENEZIA
COI TIPI DI SEBASTIANO TONDELLI EDITORE
1845

AVVERTENZE

Non ho voluto lasciare il testo co'difetti chiari ad ognuno e limitarmi ad emendarlo in nota, come fecero tanti altri che mi precedettero in questo lavoro. Quello che ha specie di verità merita certamente d'essere preferito e tenuto in più considerazione delle mostruosità e degli errori che come tali furono riconosciuti da uomini dottissimi, e che nulla hanno di sacro che la ignoranza antica degli amanuensi, se pur la ignoranza fu mai sacra. Credo ancora cosa sconcia che, mentre si profondono cure e sollecitudini per un oggetto amato, coll'intendimento di levare da esso tutto che offende la vista, si schierino molti e svariati mezzi di ridonargli il prisco decoro, e poi si lasci perpetuamente difforme. La mi pare troppa timidezza, se non è troppa audacia la mia. Ad ogni modo, io non dico al Publico: Questa è la lezione che voi dovete adottare; ma dicogli: Questa è la lezione che io vi propongo, ma fate voi. Ancora non gli dico: La è tutta roba mia; ma sì gli dico: Ho tenuto dietro al Ruhkopf, e qualche volta ho cercato di fare un passo più lungo del suo. Sarò caduto? Ma al caduto voi non fate ingiuria: e' volea correre, commosso dal desiderio del meglio, e invitato da una larva lontana lontana che gli parea verità.

Dal codice Marciano CCLXVII, in 4.°, del secolo XIV, troppo vilipeso e poco esaminato, trassi qualche variante, che si vedrà appiè di pagina. Le varianti non sono gran cosa; ma le poche di qualche momento ben ponno far vedere che il codice antico, da cui il Marciano fu tratto, dovea essere di bontà non commune, e che l'amanuense fu egli il guastatore. Per la poca fede prestatagli, e per la pochissima autorità concedutagli, poco conto io dovea fare di lui, e poco ne ho fatto: appena ho ricevuto nel testo una o due delle sue lezioni. E chi sulla riva d'un fiume che mena sabbia e qualche granellino d'oro penserebbe di fondare una zecca?

A taluno le annotazioni sembreranno troppe e prolisse per un opuscolo di poche pagine; ma, se consideri ch'e' si tratta d'un opericciuola la quale e-

sige non poche emendazioni, delle quali è d'uopo rendere la ragione, e farla stare contra l'autorità, non ascriverammi a colpa l'aver io qualche volta accumulate e diffuse le annotazioni. Più, alla perfetta intelligenza dell'operetta che io gli metto tra mani, è necessario spesse volte egli abbia presenti, e quindi io gli richiami, alcune circostanze che danno maggior forza a una frase, e che ne sono talvolta l'unica chiave. Si aggiunga che, per molte possano parere le annotazioni, si troveranno realmente poche; sendo che si può dire di questa operetta quello che pur disse della satira IV del libro II d'Orazio il Gargallo: « È questa satira uno de'componimenti che, ridondando in allusioni del presente momento, soffrono ne'tempi posteriori l'evaporazione di quello spirito che gli rendea piccanti, e gli adornava di leggiadria ».

Voglio prevenire un'altra accusa. Mi si dirà: E perchè le annotazioni non le avete scritte in latino? Perchè anche i filologi stranieri da qualche tempo usano di farle nella loro lingua. Li imitiamo nel male, imitiamoli anche in ciò che sta bene, in ciò che non è sconcio o ridicolo. E che sconcezza c'è mai nello scrivere in quella lingua che si parla, e che da tutti i nostri è intesa? Dall'altra parte, che bisogno c'è di scrivere in un'antica? Forse per farci intendere dagli stranieri che non sanno la nostra? Sì, se solamente per essi si scrivesse, e le cose filologiche nauseassero ai nostri. Ma doveva io scriverle in latino, per acquistarmi autorità e avviluppare misteriosamente i miei errori? Neppur questa gloria io trovo invidiabile a quelli che mi precedettero. In somma, io le ho scritte in italiano, perchè ho creduto sempre che l'italiano sia nobile al paro del latino, perchè a scriver bene l'italiano si dura un po'più di fatica che a scrivere il latino barbaramente, come spesso avviene; e perchè finalmente non ho tenuto da tanto questa mia cosa ch'io la provedessi d'un abito da viaggio. Mi basta ch'ella vada sussurrando tra' miei, che dal vecchio qualcosa ho voluto fare di nuovo, senza millanteria superba.

L. A. SENECAE

DE MORTE CLAUDII CAESARIS

LUDUS

CURANTE FR. BERLAN.

ARGUMENTUM

Satyra Menippea est, qua sale nigro fatuum Claudii Caesaris caput lepide defricat. Quia enim mortuo coelestes honores fuerant decreti, fingit eum in coelum ascendisse, et postulasse inter Deos recipi. Caussa eius in concilio Deorum agitari coepta, Diespiter et Hercules, in eum proni, alios etiam inclinaverant; cum Divus Augustus exsurgens, recensitis pari eloquentia et animi indignatione caedibus, queis in domum suam et Romanam nobilitatem passim Claudius grassatus erat, brevi perfecit, ut omnes pedibus in sententiam et Claudii damnationem concederent, detraheretur que ad inferos, ubi tesseris ludit pertuso fritillo, datusque in super Menandro Aeaci (sive Caii Caligulae mavelis) liberto, ut ei esset a cognitionibus: ut nempe calidissimus aleator, et toto principatu libertis suis obnoxius, in utroque quo peccaverat, puniretur. Ceterum, caussa satyricae scriptionis, fatuitas, Claudii, et memoria iniuriae, qua ab eo, ceu Iuliae filiae Germanici adulter, Seneca in exilium pulsus fuerat. Aliter tamen longe olim de eo aut sensit, aut certe scripsit in Consolatione, quam ex Sardinia et exilio ad Polybium Claudii libertum misit (*e Praefat. Liberti Fromondi*).

In hoc satyrae genere Seneca non primus fuit, quum *Lucilius, M. Ter. Varro* apud Romanos, et Menippus Gadarenus, Meleagri, primi Anthologiae graecae conditoris, amicus, ὁ σπουδογέλοιος Straboni XVI. p. 1101. vocatus (cf. Fabricii Biblioth. graec. vol. III, p. 521 sq.) aliique apud Graecos satis celebres fuerint satyrici, qui solutam orationem versibus distinguendo nomen huic scribendi generi adsciverunt. Sed nil nisi fragmenta horum scriptorum exstant. Nec raras huiusmodi scriptiones fuisse apud Romanos non unum exemplum docet. Clarissimum est M. Ter. Varronis, qui in triumviratum Cn. Pompeii, Iulii Caesaris et M. Crassi satyram Τρικάρανον, ad Cerberum respiciens, composuit, memoratam Appiano B. C. II, 9. (vol. II. Opp. pag. 186, ed. Schweighäuseri). Aelii Saturnini satyrae in Tiberium meminit Dio Cass. LVII, 22 (*e Praefat. Ruhkopfii*) (*).

(*) Cf. *Ruperti* V. Cl. de Satyra Romanorum diss. primo vol. ed. Iuvenalis ab eo curatae praemissam p. LXXVII sq.

Ora è da premettersi che il primo de'commentatori
ed il più sincero de'codici è il senso commune.

T. Gargallo

L. ANNAEI SENECAE

DE MORTE CLAUDII CAESARIS

Ludus

I. Quid actum sit in coelo ante diem (*a*) tertium Idus Octobris, Asinio Marcello, Acilio Aviola Coss. anno novo, initio seculi felicissimi, volo memoriae tradere. Nihil offensae nec gratiae dabitur. Haec ita vera (*b*) si quis quaesierit unde sciam: primum, si noluero (*c*), non respondebo. Quis coacturus est? Ego scio me liberum factum, ex quo suum diem obiit ille, qui verum proverbium fecerat, Aut regem aut fatuum nasci oportere. Si libuerit respondere, dicam quod mihi in buccam venerit. Quis unquam ab historico iuratores exegit? Tamen si necesse fuerit auctorem producere, quaerite ab eo, qui Drusillam euntem in coelum vidit. Idem Claudium vidisse se dicet iter facientem non *passibus aequis* (*e*). Velit, nolit, necesse est illi omnia videre, quae in coelo agantur (*f*). Appiae viae curator est: qua scis et (*g*) divum Augustum, et Tiberium Caesarem, ad deos isse. Hunc si interrogaveris, soli narrabit: coram pluribus nunquam verbum faciet. Nam ex quo in senatu iuravit se Drusillam vidisse coelum adscendentem, et illi pro tam bono nuntio nemo credidit quod viderit; verbis conceptis affirmavit, se non indicaturum, etiamsi in me-

(*a*) Codex Marcianus: *ante diem, tertio.*
(*b*) C. M. *Haec ita. Si quisque.* Codex Curionis a Fromondo memoratus: *haec ita vero.*
(*c*) C. M. *voluero.*
(*e*) Virgil. Aen II, 720.
(*f*) C. M. *aguntur.*
(*g*) C. M. *etiam.*

dio foro hominem vidisset occisum (*a*). Ab hoc ego (*b*) quaecumque audivi certa claraque (*c*) affero; ita illum salvum et felicem habeam.

II. Iam Phoebus breviore via contraxerat ortum
Lucis, et obscuri crescebant cornua (*d*) somni:
Iamque suum victrix augebat Cynthia regnum;
Et deformis Hiems gratos carpebat honores
Divitis Autumni, visoque senescere Baccho,
Carpebat raras serus vindemitor uvas

Puto magis intelligi, si dixero, mensis erat (*e*) October, dies tertius Idus Octobris. Horam non possum tibi certam dicere, Facilius inter philosophos, quam inter horologia conveniet. Tamen inter sextam et septimam erat. Nimis rustice! acquiescunt oneri (*f*) poëtae, non contenti ortus et occasus describere, ut etiam medium diem inquietent: tu sic transibis horam tam bonam?

Iam medium curru Phoebus diviserat orbem,
Et propior nocti fessas quatiebat habenas,
Obliquo flexam deducens tramite lucem.

III. Claudius animam agere coepit, nec invenire exitum poterat. Tum Mercurius, qui semper ingenio eius delectatus esset (*g*), unam e tribus Parcis educit (*h*), et ait: Quid, femina crudelisssima, hominem miserum torqueri pateris? nec unquam tamdiu cruciandus esset (*i*): annus sexagesimus et quartus est, ex quo cum anima luctatur. Quid huic invides? Patere mathematicos aliquando verum dicere, qui illum, ex quo princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt. Et tamen non est mirum si errant; horam eius nemo novit. Nemo enim illum unquam natum putavit. Fac quod faciendum est:

Dede neci: melior vacua sine regnet in aula (*l*).

(*a*) C. M. *etsi in medio foro hominem occisum vidisset.*
(*b*) C. M. *ergo.*
(*c*) *certa et clara;* iuxta emendationem Gronovii.
(*d*) C. M. *tempora.* Et editio romana dat *tempora.*
(*e*) C. M. *Octobris, die quarto.*
(*f*) C. M. *omnes quiete. Omnes poetae* quinque codices parisienses.
(*g*) C. M. *fuerat.*
(*h*) C. M. *seducit.* Et sic emendavit Gronovius; sed emendatione non opus est.
(*i*) C. M. *nunquam meritum, ut tam diu cruciaretur,* iuxta lexionem vulgatam.
(*l*) Virgil. Geor. IV, 90.

Sed Clotho: Ego mehercule (*a*), inquit, pusillum temporis adiicere illi volebam, dum hos paucolos, qui supersunt, civitate donaret. Constituerat enim omnes Graecos, Gallos Hispanos, Britannos (*b*), togatos videre. Sed quoniam placet (*c*) aliquos peregrinos in semen relinqui, et tu ita iubes fieri, fiat. Aperit tum (*d*) capsulam, et tres fusos profert. Unus erat Augurini, alter Babae (*e*), tertius Claudii. Hos, inquit, tres uno anno exiguis intervallis temporum divisos, mori iubebo (*f*), nec illum incomitatum dimittam. Non (*g*) oportet enim eum, qui modo se tot millia hominum sequentia videbat, tot praecedentia, tot circumfusa, subito solum destitui. Contentus erit his interim convictoribus (*h*).

IV. Haec ait: et turpi convolvens stamina fuso
Abrupit stolidae regalia tempora vitae.
At Lachesis redimita comas, ornata capillos,
Pieria crinem lauro frontemque coronans,
5. Candida de niveo subtemina vellere (*i*) sumit,
Felici moderanda manu: quae ducta colorem
Assumsere novum: mirantur pensa sorores.
Mutatur vilis pretioso lana metallo:
Aurea formoso descendunt secula filo.
10. Nec modus est illis, felicia vellera ducunt,
Et gaudent implere manus; sunt dulcia pensa.
Sponte sua festinat opus, nulloque labore
Mollia contorto descendunt stamina fuso (1):
Vincunt Tithoni, vincunt et Nestoris annos.
15. Phoebus adest, cantuque iuvat, gaudentque futuris:
Et laetus nunc plectra movet, nunc pensa ministrat.
Detinet intentas cantu, fallitque laborem.
Dumque nimis citharam, fraternaque carmina laudant,
Plus solito nevere manus: humanaque fata

(*a*) C. M. *Sed Cloto: Mehercules.*
(*b*) Quaedem exemplaria post *Britannos* haec addunt: *Sauromatas et si qui ultra glacialem Boream incolunt barbari*, quae multis codicibus absunt.
(*c*) C. M. *placet amicos.*
(*d*) C. M. *tunc.*
(*e*) C. M. *Budae.*
(*f*) C. M. *iubeo.*
(*g*) C. M. *Non enim oportet.*

(*h*) C. M. *erit interim his coniugatoribus.* — In Homeri Iliadis libro XIII, Deiphobus ultus Asium, gloriatur valde super Hippasidem Hypsenorem interfectum, dicens: *Non utique inultus iacet Asius: sed ipsum puto, ad Orcum licet euntem validas-portas habentem, gavisurum esse animo; quoniam ei dedi comitem.*
(*i*) C. M. *de niveo subtemine vellera.*

20. Laudatum trascendit opus. Ne demite, Parcae,
Phoebus ait: vincat mortalis tempora vitae,
Ille mihi similis vultu, similisque decore,
Nec cantu, nec voce minor: felicia lassis
Secula praestabil, legumque silentia rumpet.
25. Qualis discutiens fugientia lucifer astra,
Aut qualis surgit redeuntibus hesperus astris:
Qualis cum primum tenebris aurora solutis
Induxit rubicunda diem, sol adspicit orbem
Lucidus, et primos e carcere concitat axes:
30. Talis Caesar adest, talem iam Roma Neronem
Adspiciet; flagrat nitidus fulgore remisso
Vultus, et effuso cervix formosa capillo.

Haec Apollo. At Lachesis, quae et ipsa homini formosissimo faveret (*a*), fecit, et plena orditur manu, et Neroni multos annos de suo donat (*b*). Claudium autem iubent omnes (*c*) χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων. Et ille quidem animam ebulliit, et eo desiit vivere videri. Expiravit autem dum comoedos audit, ut scias me non sine caussa illos timere. Ultima vox eius haec inter homines audita est, quum maiorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loquebatur. Vae! me, puto, concacavi me. Quid autem fecerit, nescio, omnia certe concacavit (*d*).

V. Quae in terris postea sint (*e*) acta, supervacuum est referre. Scitis enim optime: nec periculum est, ne excidant, quae memoriae publicum gaudium impressit. Nemo felicitatis suae obliviscitur. In coelo quae acta sint, audite: fides penes auctorem erit. Nuntiatur Iovi, venisse quendam bonae staturae, bene canum, nescio quid illum minari: assidue (*f*) enim caput movere, pedem dextrum trahere: quaesisse (*g*) se cuius nationis esset? respondisse (*h*), nescio quid perturbato sono, et voce confusa; non intelligere (*i*) se linguam eius nec Graecum

(*a*) C. M. *fecit illud plena manu,* et ... Sic nonnulli codices.
(*b*) C. M. *donavit.*
(c) Euripid. Cresphon: *Gaudentes et fausta acclamantes efferre domo.*
(*d*) In quibusdam editionibus haec sequuntur: *Nec post boletum opipare medicamentis conditum plus cibi sumpsit.* Eiicienda esse putaverunt viri docti.
(*e*) C. M. *sunt.*
(*f*) C. M. *assidue enim illum caput movere.*
(*g*) C. M. *quaesisse cuius nationis.*
(*h*) C. M. *respondisse illum nescio.*
(*i*) C. M. *Non intelligere graecum esse, nec romanum.*

esse, nec Romanum, nec ullius gentis notae. Tum Iupiter Herculem, quia totum orbem terrarum pererraverat, et nosse videbatur omnes nationes, iubet ire et explorare quorum hominum esset. Tum Hercules primo (*a*) adspectu sane perturbatus est, ut qui etiam non iunonia monstra timuerit (*b*): ut vidit novi generis faciem, insolitum incessum, vocem nullius terrestris animalis, sed (qualis esse marinis belluis solet) raucam, et implicatam, putavit sibi tertium decimum laborem venisse. Diligentius (*c*) intuenti, visus est quasi homo. Accessit itaque, et quod facillimum fuit Graeculo, ait (*d*):

Τίς; πόθεν εἷς ἀνδρῶν; πόθι τοὶ πτόλις;

Ubi haec Claudius audit, gaudet esse illic (*e*) philologos homines, sperans futurum aliquem historiis suis locum. Itaque et ipse homerico versu, Caesarem se esse significans, ait:

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν (*f*).

Erat autem sequens versus verior, aeque homericus:

Ἔνθα δ' ἐγὼν πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς (*g*).

VI. Et imposuerat Herculi minimo discrimine fabulam, nisi fuisset illic Febris, quae fano suo relicto, sola cum illo venerat: ceteros (*h*) omnes deos Romae reliquerat. Iste, inquit, mera mendacia narrat. Ego tibi dico (*i*), quae cum ipso tot annos vixi: Lugduni natus est. Munatii (*l*) municipem vides: quod tibi narro, ad sextum decimum lapidem a Vienna natus est, Gallus germanus. Itaque quod Gallum facere oportebat, Romam cepit. Hunc ego (*m*) reddo tibi Lugduni natum, ubi Licinius multos annos regnavit. Tu autem qui plura loca calcasti, quam ullus mulio perpetuarius, Lugdu-

(*a*) C. M. *primo sane adspectu.*
(*b*) C. M. *ut qui et non omnia monstra timuerit. Vidit.* Emendatio Gronovii est: *utcunque etiam iunonia monstra domuerit.* Codices: *ut qui etiam non omnia m. t.*
(*c*) C. M. *Diligentius autem intuenti.*
(*d*) Hom. Odyss. *a* 170. *Quis, unde es hominum? ubi tibi civitas?*
(*e*) C. M. *illic esse.*
(*f*) Homer. Odyss. ι. 39. *Ab Ilio me ferens ventus Ciconibus appulit.*
(*g*) Homer. Odyss. ι, 40. *Ibi ego urbem depopulatus sum, interfeci autem ipsos.*
(*h*) C. M. *ceteros deos.*
(*i*) C. M. *dico tibi.*
(*l*) C. M. *Marci,* ut codd. et edd. tenent.
(*m*) C. M. *Hunc ergo reddo.*

nenses scire debes, et multa millia inter Xanthum et Rhodanum interesse. Excandescit hoc loco Claudius, et quanto potest murmure irascitur. Quid diceret, nemo intelligebat. Ille autem Febrim duci iubebat (*a*), illo gestu solutae manus, sed ad hoc unum (*b*) satis firmae, quo decollare homines solebat. Iusserat illi collum praecidi. Putares omnes illius esse libertos, adeo illum nemo curabat.

VII. Tum Hercules: Audi me, inquit, tu, et desine fatuari (2): venisti huc, ubi mures ferrum rodunt. Citius mihi verum dic, ne tibi alogias excutiam (3). Et quo terribilior esset, tragicus fit, et ait (*c*):

Exprome propere, sede qua genitus cluas,
Hoc ne peremptus stipite, ad terram accidas.
Haec clava reges saepe mactavit feros.
Quid nunc profatu vocis incerto sonas?
5. Quae patria, quae gens mobile eduxit caput,
Edissere. Equidem regna tergemini petens
Longinqua regis, unde ab Hesperio mari
Inachiam ad urbem nobile advexi pecus,
Vidi duobus imminens fluviis iugum,
10. Quod Phoebus ortu semper obverso videt:
Ubi Rhodanus ingens amne praerapido fluit,
Ararque dubitans, quo suos cursus agat,
Tacitus quietis alluit ripas vadis.
Est ne illa tellus spiritus altrix tui?

Haec satis animose et fortiter. Nihilominus mentis suae non est (*d*), et timet μωροῦ πληγήν (*e*). Claudius ut vidit virum valentem, oblitus nugarum, intellexit neminem parem sibi Romae fuisse: illic non habere se idem gratiae: Gallum (*f*) in suo sterquilinio plurimum posse. Itaque quantum intelligi (*g*) potuit, haec visus est dicere: Ego te, fortissime deorum Hercules, speravi mihi affuturum apud alios, et si quis a me notorem petisset, te fui nominaturus, qui me (*h*) optime nosti.

(*a*) C. M. repetit *ille*.
(*b*) C. M. *et ad hoc munus satis firmae etc.*
(*c*) C. M. *agit*. Uti tragicus actor.
(*d*) C. M. *Nihilominus mentis non est suae.*
(*e*) *stulti ictum*. Vide adnotationes in fine (2).
(*f*) C. M. *in sterquilinio suo.*
(*g*) C. M. *quantum potuit intelligi.*
(*h*) C. M. *mea omnia nosti.*

Nam si memoria repetis, ego eram, qui tibi ante templum tuum ius dicebam totis diebus mense Iulio et Augusto. Tu scis, quantum illic miseriarum pertulerim, quum (*a*) causidicos audirem, et diem et noctem: in quos si incidisses (*b*), valde fortis licet tibi videaris, maluisses cloacas Augiae purgare: multo plus (*c*) ego stercoris exhausi.

(***Nonnulla desiderantur***) (4).

VIII. (5) ***Deus*** . Sed quoniam violens, non mirum quod impetum in curiam fecisti: nihil tibi clusi est (6). Modo dic nobis qualem deum istum fieri velis?

Hercules Ἐπικούρειος θεός (d).

Deus α. Non potest esse: *ὅς οὔτε αὐτὸς πρᾶγμα ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει* (*e*).

Hercules. Stoicus.

Deus α. Quomodo potest rotundus esse (ut ait Varro) sine capite, sine praeputio? (8).

Hercules. Est aliquid in eo Stoici Dei.

Deus α. Jam video: nec cor, nec caput habet.

Deus β. Si, mi Hercules, a Saturno petisset hoc beneficium, cuius mensem (*f*) toto anno celebravit (9), princeps non tulisset.

Deus δ. Illum deum (*g*) ab Iove (10), quem, quantum quidem in illo fuit, damnavit incesti? L. Silanum enim generum suum occidit.

Hercules. Oro, propter quid?

Deus δ. Sororem (*h*) suam festivissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent (*i*), maluit Iunonem vocare.

Claudius. Quare, quaeso enim, sororem suam...? (11).

Deus γ. Stulte, stude (12): Athenis dimidium licet, Alexandriae totum. Quia Romae mures molas lingunt (13), hic nobis curva corrigit.

Deus β. Quid in cubiculo suo faciat nescio (14): etiam *coeli scrutatur plagas* (*l*), Deus fieri vult.

(*a*) C. M. *dum*.
(*b*) C. M. *licet valde fortis tibi videaris*.
(*c*) C. M. *multo plus s. e.*
(*d*) *Deus epicureus*.
(*e*) Diog. Laert. VII, 137: *qui* (nempe deus epicureus) *neque ipse negotium habet, neque aliis exhibet* (7).

(*f*) Saturnalia eius. C. M. *celebravit et saturnalia*.
(*g*) Intellige *fieri*.
(*h*) C. M. *Quia sororem*.
(*i*) C. M. *vocabant*.
(*l*) Cic. de Div. II, 13, *Quod est ante pedes, nemo spectat: coeli scrutantur plagas*.

Deus ὁ. Parum est quod templum in Britannia habet, quod nunc barbari colut, et ut Deum orant. Ἀλώρου φιλάτου χήιν (15).

IX. Tandem Iovi venit in mentem, privatis intra curiam morantibus sententiam dicere, nec disputare. Ego, inquit, P. C. interrogare vobis permiseram: vos mera mapalia fecistis (*a*). Volo servetis disciplinam curiae. Hic qualiscumque est, quid de nobis existimabit? Illo dimisso, primus interrogatur sententiam Ianus pater: is designatus erat in Kal. Iulias postmeridianus Cos., homo quantumvis vafer, qui semper videt ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω (*b*). Is multa diserte, quod in foro vivat, dixit, quae notarius persequi non potuit (c): et ideo non refero (*d*): ne aliis verbis ponam (e), quae ab illo dicta sunt. Multa dixit de magnitudine deorum: non debere hunc vulgo dari honorem. Olim, inquit, magna res erat deum fieri: iam fama minimum (*f*) fecistis. Itaque, ne videar in personam, non in rem sententiam dicere (*g*), censeo, ne quis post hunc diem deus fiat ex his, qui ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν (*h*): aut ex his, quos alit ζείδωρος ἄρουρα (*i*). Qui (*l*) contra hoc SC. deus factus, fictus, pictusve erit, eum dedi larvis, et proximo munere inter novos auctoratos, ferulis vapulare placet. Proximus interrogatur sententiam Diespiter Vicae Potae filius, et ipse designatus Cos. nummulariolus. Hic quaestu se sustinebat, vendere civitatulas solebat. Ad huncce belle accessit Hercules, et auriculam ei (*m*) tetigit. Itaque in haec verba censet (*n*): Quum Divus Claudius Divum Augustum sanguine contingat, nec minus Divam Augustam aviam suam, quam ipse deam esse iussit, longeque omnes mortales sapientia antecellat, sitque (o) e republica esse aliquem, qui cum Romulo possit

. . . ferventia rapa vorare:

(*a*) C. M. *mota turbastis.*

(*b*) Homer Iliad. p. 109. ubi loquitur de Priamo sene prudententissimo, qui *simul ante et retrorsum prospicit.*

(c) C. M. *notarius persequi minime potuit.*

(*d*) C. M. *non pono.*

(*e*) C. M. *referam.*

(*f*) *Mimicum*, idest *turpe*, posse legi notat Bouillet.

(*g*) C. M. *dicere sententiam.*

(*h*) Homer. Iliad. Z. *terrae fructum edunt.*

(*i*) Homer. Ibid. *alma terra.*

(*l*) C. M. *Quis . . . erit?*

(*m*) C. M. *illi.*

(*n*) C. M. *Censet itaque in haec verba.*

(*o*) C. M. *item sitque r.*

censeo, ut D. Claudius ex hac die deus fiat (*a*), ita uti (*b*) ante eum quis optimo iure factus sit: eamque rem ad μεταμορφώσεις (*c*) Ovidii adiiciendam. Variae erant sententiae, et videbatur Claudius sententia vincere. Hercules enim, qui videret ferrum suum in igne esse, modo huc, modo illuc cursabat, et aiebat: Noli mihi invidere, mea res agitur: deinde si quid volueris, in vicem faciam: Manus manum lavat (*d*).

X. Tunc Divus Augustus surrexit sententiae suo loco dicendae, et summa facundia disseruit. P. C. vos testes habeo (*e*), ex quo deus factus sum, nullum verbum me fecisse (*f*). Semper meum negotium ago. Sed non possum amplius dissimulare, et dolorem, quem graviorem pudor facit, continere. In hoc terra marique pacem peperi? ideo civilia bella compescui? ideo legibus urbem fundavi, operibus ornavi? Et quid dicam, P. C. non invenio: omnia infra indignationem verba sunt. Confugiendum est itaque a me ad Messalae Corvini disertissimi viri illam sententiam: Praecidit ius imperii! (*g*). Hic, P. C. qui vobis (16) non posse videtur muscam excitare, tam facile homines occidebat, quam (*h*) canis exta edit (17). Sed quid ego de tot ac talibus viris (*i*) dicam (18)? Non vacat deflere publicas clades, intuenti domestica mala. Itaque illa omittam, haec referam. Etiamsi Phormio ea nescit (*l*), ego scio. Ἐνέτυχον τὸν οὐκ ἴδῃς (*m*). Se nescit iste, quem videtis, per tot annos sub meo nomine latens (19). Hanc mihi gratiam retulit, ut duas Iulias proneptes meas occideret, alteram ferro, alteram fame: unum abnepotem L. Silanum. Videris Iupiter, an in causa mala, certe in tua, si hic inter nos futurus est (*n*). Dic mihi, Dive Claudi, quare quenquam ex his, quos, quasque occidisti, antequam de causa cognosceres, antequam audires, damnasti? Hoc fieri solet? in coelo non fit (*o*). Ecce Iupiter qui tot annos regnat, uni Vulcano crus fregit, quem

Ῥίψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο, (*p*)

(*a*) C. M. *sit.*
(*b*) *uti iam.*
(*c*) *metamorphoseon.*
(*d*) Prov. gr. Ἡ χεὶρ τὴν χεῖρα νίπτει.
(*e*) C. M. *Ego inquit, P. C., vos testes habeo.*
(*f*) C. M. *adeo semper.*
(*g*) Lagrange interpret.: *Il a coupé les nerfs de l' empire.*
(*h*) C. M. *Quam canis frustum abscidit.*
(*i*) Intellig. *mactatis.*
(*l*) C. M. *Etsi soror mea graece nescit.*
(*m*) *Inveni quem tu non videris*
(*n*) C. M. *Hic apud nos fatuus est.*
(*o*) C. M. *Hoc ubi fieri solet? in coelo non fit.*
(*p*) Hom. Il α. 591. *Arreptum pede de limine divino deiecit.*

et iratus fuit uxori, et suspendit illam (*a*): numquid occidit? Tu Messalinam, cuius aeque avunculus maior eram, quam tuus, occidisti. Nescio, inquis? Dii tibi malefaciant: adeo istud turpius est, quod nescis (*b*), quam quod occidisti. Iste C. Caesarem non desiit mortuum persequi. Occiderat ille socerum: hic et generum. Caius Caesar Crassi filium vetuit Magnum vocari: hic illi nomen reddidit, caput tulit. Occidit in una domo Crassum Magnum, Scriboniam, Tristioniam, Assarionem, nobiles tamen: Crassum vero tam fatuum, ut etiam regnare posset. Cogitate P. C. quale portentum in numerum deorum se recipi cupiat. Principes pietate et iustitia dii fiunt (*c*). Hunc nunc deum facere vultis? Videte corpus eius, diis iratis natum. Ad summam, tria verba cito dicat, et servum me ducat. Hunc deum quis colet? quis credet? Denique, dum tales deos facitis, nemo vos deos esse credet. Summa rei, P. C. si honeste inter vos gessi (*d*), si nulli durius respondi, vindicate iniurias meas. Ego pro sententia mea hoc censeo. — Atque ita ex tabella recitavit: Quandoquidem Divus Claudius occidit socerum suum Appium Silanum, generos duos, Pompeium Magnum, et L. Silanum, socerum filiae suae Crassum frugi, hominem tam similem sibi, quam ovo ovum, Scriboniam socrum filiae suae, Messalinam uxorem suam, et ceteros, quorum numerus iniri non potuit; placet mihi in eum severe animadverti, nec illi rerum iudicandarum vacationem (*e*) dari; eumque quamprimum exportari, et coelo intra dies XXX excedere, Olympo intra diem tertium. Pedibus in hanc sententiam itum est. Nec mora, Cyllenius illum collo obtorto trahit ad inferos (*f*),

Illuc unde negant redire quenquam (*g*).

XI. Dum descendunt per viam sacram interrogat Mercurius, quid sibi velit ille concursus hominum, num Claudii funus es-

(*a*) C. M. *et iratus uxori suspendit illam.*

(*b*) C. M. *nescisti.*

(*c*) Post *fiunt* in quibusdam editionibus haec leguntur: *Scilicet hic pius et iustus quoniam Dryudarum perfidae gentis Gallicae immanem religionem a qua cives submoveram, prorsus extirpavit, ut Romae nuptiarum sacra essent, quibus ipse, quum sibi Agrippina nuberet, XXX Senatoribus, innumerisque Equitibus romanis mactatis principium dedit*, quae delenda esse clariores philologi censuere. Verba autem *Principes — fiunt* augustissima sunt, et falso Ruhhopfius eiiecit e textu.

(*d*) C. M. *me gessi.*

(*e*) C. M. *advocationem.*

(*f*) C. M. *ad inferos a coelo, unde negant.*

(*g*) Catulli Luctus Passeris III, 12.

set? Et erat omnium formosissimum, et impensa cura plenum, ut scires deum efferri: cornicinum, tibicinum, omnisque generis aeneatorum (20) tanta turba, tantus conventus, ut etiam Claudius audire posset. Omnes laeti, hilares! P. R. ambulabat tamquam liber. Agatho et pauci causidici plorabant, sed plane ex animo. Iurisconsulti e tenebris procedebant, pallidi, vix habentes animam (*a*), tanquam qui cummaxime revivescerent (*b*). Ex his unus, cum vidisset capita conferentes, et fortunas suas deplorantes causidicos, accedit (c), et ait: Dicebam vobis, Non semper Saturnalia erunt.

XII. Claudius, ut vidit funus suum, intellexit se mortuum esse. Ingenti enim *μεγαληγορίᾳ* (d) naenia cantabatur anapaestis.

Fundite fletus,
Edite planctus,
Fingite luctus:
Resonet tristi
Clamore forum:
Cecidit pulchre
Cordatus homo,
Quo non alius
Fuit in toto
Fortior orbe.
Ille citato
Vincere cursu
Poterat Celeres,
Ille rebelles
Fundere Parthos,
Levibusque sequi
Persida tellis;
Certaque manu
Tendere nervum:
Qui praecipites
Vulnere parvo
Figeret hostes,
Pictaque Medi
Terga fugacis.
Ille Britannos
Ultra noti
Littora ponti,
Et caeruleos
Scuta Brigantas
Dare Romuleis
Colla catenis
Iussit, et ipsum
Nova Romanae
Iura securis
Tremere Oceanum.
Deflete virum
Quo non alius
Potuit citius
Discere causas,
Una tantum
Parte audita,
Saepe et neutra.
Quis nunc iudex
Toto lites
Audiet anno?
Tibi iam cedet
Sede relicta,
Qui dat in populo

(*a*) C. M. *animam habentes.*
(*b*) C. M. *tanquam qui tunc maxime revixerunt.*
(*c*) C. M. *eos accedit.*
(*d*) *Magnificentia.*

Iura silenti,
Cretaea tenens
Oppida centum.
Caedite moestis
Pectora palmis,
O causidici,
Venale genus.
Vosque Poëtae
Lugete novi;
Vosque in primis
Qui concusso
Magna parastis.
Lucra fritillo.

XIII. Delectabatur laudibus suis Claudius, et cupiebat diutius spectare. Iniicit illi manum Talthybius (*a*) deorum, et trahit capite obvoluto, ne quis eum possit agnoscere, per campum Martium: et inter Tiberim et viam tectam (*b*) descendit ad inferos. Antecesserat iam compendiaria via Narcissus libertus, ad patronum excipiendum, et venienti nitidus, ut erat a balineo, occurrit, et ait. Quid dii ad homines? Celerius i, inquit Mercurius, et venire nos nuntia. Ille autem patrono plura blandiri volebat: quem Mercurius iterum festinare iussit, et virga morantem impulit. Dicto citius Narcissus evolat. Omnia procliva sunt, facile descenditur. Itaque quamvis podagricus esset, momento temporis pervenit ad ianuam Ditis, ubi iacebat Cerberus, vel ut ait Horatius, ***bellua centiceps*** (*c*), sese movens, villosque horrendos excutiens. Pusillum superturbatur (album canem in deliciis habere consueverat) ut illum vidit canem nigrum villosum (*d*): sane quem non velis (*e*) tibi in tenebris occurrere. Et magna inquit voce: Claudius Caesar venit. Ecce extemplo procedunt cantantes: εὑρήκαμεν, συγχαίρωμεν (*f*). Hic erat C. Silius Cos. design. Iunius Praetorius, Sex. Trallus, M. Helvius, Trogus, Cotta, Vectius Valens, Fabius. Equ. Rom., quos Narcissus duci iusserat. Medius erat in hac cantantium turba Mnester (*g*) Pantomimus, quem Claudius (*h*) decoris causa minorem fecerat. (*i*) Nec non ad Messalinam cito rumor percrebuit, Claudium venisse. Convolarunt primum omnium liberti, Polybius, Myron, Harpocras, Amphaeus, et Pheronactes, quos om-

(*a*) Idest *nuntius*. — C. M. *Talthybius deorum nuntius*. Omnes codd. *nuntius* legunt: quam vocem expunserunt Gronovius, Ruhkopfius, et alii, iudicantes additamentum esse interpretis.
(*b*) C. M. *viam rectam*.
(*c*) Lib. II. Od. 13.
(*d*) C. M. *ut illum canem vidit nigrum*.
(*e*) C. M. *in tenebris tibi*.
(*f*) Verba solemnia in sacris Osiridis, quae exultantes cantillabant invento Apide bove Deo, valent: *Invenimus, congaudeamus*. Firmicus de *Origin. init*, et vet. Schol. in Iuvenal. Satir. VIII.
(*g*) C. M. *Noster patronus*.
(*h*) C. M. *hac de causa*.
(*i*) C. M. *Ad Messalinam cito*.

nes (*l*), nec tibi imparatus esset, praemiserat. Deinde praefecti duo Iustus Catonius, et Rufus Pompeii F. Deinde amici Saturnius Luscius, et Pedo Pompeius, et Lupus, et Celer Asinius, consulares. Novissime fratris filia, sororis filia, gener, socer, socrus, omnes plane consanguinei. Et agmine facto Claudio occurrunt. Quos quum vidisset Claudius exclamat: πάντα φίλων πλήρη! (*a*). Quomodo vos huc venistis? Tum Pedo Pompeius: Quid dicis homo crudelissime? quaeris, quomodo? Quis enim nos alius huc misit quam tu, omnium amicorum interfector? In ius eamus: ego tibi hic sellas ostendam.

XIV. Ducit illum ad tribunal Aeaci: is lege Cornelia, quae de sicariis lata est, quaerebat: postulat nomen eius recipi, edit subscriptionem: Occisos senatores XXX, equites Rom. CCCXV, atque plures; ceteros cives, ὅσα ψαμαθός τε κόνις τε (*b*). Exterritus Claudius oculos undecunque circumfert, vestigat aliquem patronum, qui se defenderet. Advocatum non invenit. Tandem procedit P. Petronius, vetus convictor eius, homo Claudiana lingua disertus, et postulat advocationem. Non datur. Accusat Pedo Pompeius magnis clamoribus. Incipit Petronius velle respondere. Aeacus, homo iustissimus, vetat (c). Illum, tantum altera parte audita, condemnat, et ait: Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο (*d*). Ingens silentium factum est. Stupebant omnes (*e*) novitate rei attoniti: negabant hoc unquam factum: Claudio iniquum magis videbatur, quam novum. De genere poenae diu disputatum est, quid illum pati oporteret. Erant qui dicerent: Si minorem ei naturam fecissent (21)? Tantulum siti periturum, nisi illi succurreretur: non unquam Sisiphum oneri relevari: aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam. Non placuit ulli ex veteranis missionem dari, ne vel Claudius unquam simile speraret. Placuit novam poenam excogitari debere: instituendum illi laborem irritum, et alicuius cupiditatis species sine fine et effectu. Tum Aeacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. Et iam coeperat fugientes semper tesseras quaerere, et nihil proficere.

(*l*) C. M. *quos omnes Claudius.*

(*a*) *Omnia amicis repleta.* Heraclitus ap. Laertium, *Deorum omnia plena.*

(*b*) Hom. Il. ι, 305: *Quantum pulveris est et arenae.*

(c) C. M. *et illum, parte altera tantum audita, condemnat.*

(*d*) Fons ignota, sensus est: *Utinam patiatur, quae ipse fecerit, iudiciumque equum fiat.*

(*e*) C. M. *rei novitate.*

XV. Nam quoties missurus erat resonante fritillo,
Utraque subducto fugiebat tessera fundo:
Cumque recollectos auderet mittere talos,
Lusuro similis semper, semperque petenti
Decepere fidem: refugit, digitosque per ipsos,
Fallax assiduo dilabitur alea furto.
Sic quum iam summi tanguntur culmina montis,
Irrita Sisyphio volvuntur pondera collo.

Apparuit subito C. Caesar, et petere illum in servitutem coepit: producit testes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem. Adiudicatur C. Caesari: illum Aeacus donat. Is (a) Menandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus ei esset.

(a) C. M. *Is illum liberto suo Menandro tradidit.*

NOTE

(1) *Mollia contorto descendunt stamina fuso.* — Dove noi *descendunt,* il Ruhkopf legge *distendunt.* Oltre che dall' autorità di molte edizioni antiche e di parecchi codici, siamo indotti a ricevere nel testo la lezione *descendunt* dal vederla in analogia colle parole *sponte sua festinat opus*, e dal trovare nel *distendunt* un non so che di fatica e di stento che ripugna alla idea significata dalle parole *nullo labore* e dall' epiteto *mollia* dato a *stamina.*

(2) Ci piace riportare la nota del Fromondo sul passo *desine fatuari* (cap. VII) dappoichè dà ragione delle due voci greche che trovansi nel capitolo stesso: *A praeceptore Seneca fortassis edoctus Nero,* Morari eum (*Claudium*) inter homines desiisse, *producta prima syllaba, iocabatur, multaque decreta et constituta, ut insipientis atque deliri, pro irritis habuit, ait Sveton. Vit. Neronis, cap.* 33. Morari *autem a Graeco* μωρὸς *quod* fatuum *significat, inflectebat; cum Latinum* morari *primam corripiat.* Noi aggiungeremo non dover passare inosservato il frequente uso del verbo *morari* nell' operetta.

(3) Il Ruhkopf: *Citius mihi verum, ne tibi alogias excutiam, dicito;* e nota: *Ex edit. rom. et Beati recepi* τo dicito, *quod omnibus codd. abest.* La lezione da noi ricevuta è del codice Marciano.

(4) Il Ruhkopf avvisa di riempiere la lacuna grande fra il cap. VII e l' VIII, aggiungendo i due seguenti periodi:

Quum Hercules persuaderi sibi a Claudio passus est, ut ipsius voto in deorum numerum admitti faveret, statim temereque in Deorum curiam cum Claudio irruit, eius caussam diis commendaturus. Sed hi, indignitatem rei sentientes, in Herculem acriter invehuntur, atque cum eo sine ordine et tumultuarie rixantur, alio alium occupante.

E il Guasco:

Claudii verbis pietate commotus Hercules, eum introduxit in coelum. Vix ingresso quidam minorum gentium dii, Herculem stiparunt: quorum unus: Non mirum, inquit, quod impetum etc.

A ben vedere, il supplemento del Ruhkopf, benchè migliore di quello del Guasco, lascia ancora molto a desiderare. Questo osserveremo che troppo frettoloso sorvola nella narrazione de' fatti, e troppe circostanze agglomera in un periodo; laddove in questa operetta Seneca si compiace di adornarle e bellamente colorirle. Quanto a storia ottimo è quel supplemento, quanto a satira è troppo arido.

(5) Perchè la lezione da me proposta di tutto il num. VIII non potrà forse tornare accetta a taluno de' miei lettori, e tal altro desidererà di vedere quanto io mi sia discostato da quella del Ruhkopf, la migliore che si abbia, mi permetto di qui riportare quest' ultima, riserbandomi altrove di esporre le ragioni onde io fui mosso a darle forma diversa e ad emendarla nelle sue parti viziose:

Sed quoniam volo * * * * *non mirum, quod impetum in curiam fecisti: nihil tibi clusi est. Modo dic nobis, qualem deum istum fieri velis:* ἐπικούρειος θεὸς *non potest esse,* ὃς οὔτε αὐτὸς πρᾶγμα ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει· *Stoicus? quomodo potest rotundus esse (ut ait Varro) sine capite, sine praeputio? Est aliquid in eo Stoici Dei: (iam video) nec cor, nec caput habet — Si, mi Hercules, a Saturno petisset hoc beneficium, cuius mensem toto anno celebravit (Saturnalia eius) princeps, non tulisset illum Deum ab Iove, quem, quantum quidem in illo fuit, damnavit incesti. L. Silanum enim generum suum occidit. Oro, propter quid? sororem suam festivissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare. Quare, inquit, quaero enim, sororem suam stulte studere? Athenis dimidium licet, Alexandriae totum! Quia Romae, inquit, mures molas lingunt, hic nobis curva corrigit. Quid in cubiculo suo faciat, nescio: etiam coeli scrutatur plagas, deus fieri vult. Parum est quod templum in Britannia habet, quod hunc barbari colunt, et ut deum orant.* 'Αλώρου φιλάτου χῆιν.

Chi, letto questo brano, trova, malgrado le molte cure spese dal benemerito Ruhkopf per emendarlo, un guazzabuglio di cose, deve accorgersi facilmente che tutto ciò si deriva da questi due principali motivi: 1.° che le parti del dialogo non sono determinate a ciascuno degli interlocutori; 2.° che gl' interlocutori stessi non sono a bastanza distinti. Riducendo il tutto a forma di dialogo, ho creduto di poter rimediare al primo difetto; al secondo, indicando alla meglio gli interlocutori: volli porre fra essi Claudio, perchè a lui solo poteva convenire il complimento *Stulte stude:* a lui che, dopo avere scritto molte storie, non ne avea ricavato profitto veruno. I nomi degli Dei, che si attrovano e cicalano nella curia, il testo non dice, perciò non osai con nomi proprii dichiararli: mi bastò distinguere gli uni dagli altri con lettere greche. Il più buffone tra essi potrebbe esser Momo. Codesti sono arbitrii, ognun vede; ma, se per essi io avrò potuto stenebrare la confusione che regna in tutto il brano e farne uscir netto e chiaro un senso, spero che tali arbitrii non mi verranno ascritti a colpa.

(6) Confrontandosi la mia lezione *sed quoniam violens — fecisti* con quella del Ruhkopf, non la si troverà differire che nella sola voce *violens.* Il *sed quoniam volo...*, parte d'una proposizione, della quale si crede manchi la principale, non può dar senso alcuno. Bisogna adunque levarlo dal testo, o aggiungere qualcosa a compimento della proposizione difettosa, o cambiare il *volo* in tale una parola che gli somigli e unisca quel membro alle altre parti e dia al loro insieme un qualche senso. Se io mi fossi appigliato al primo spediente, certo mi si sarebbe gridato aver io adoperato contra l' autorità de' codici e delle edizioni, che tutti hanno il *sed quoniam volo;* nè forse mi sarebbe stata buona la ragione, quelle parole essere inutili le quali senso non danno. Se al secondo: avere ogni commentatore l' egual diritto, e quindi essere per essere quanti i commentatori tanti i supplementi. Meno disperato mi sembrò l' ultimo partito, e a questo mi appigliai. Il *volo* cangiato in *violens*, lieve cangiamento di parola, la quale conserva quasi

tutti i primitivi suoi elementi, riempie il vuoto, congiunge in una le due proposizioni, se due si vogliono, e a quell'una dà un senso compiuto. Chè il *violens*, ben s' acconcia per convenienza e relazione d' idee al *quod impetum in curiam fecisti*, e col *nihil tibi clusi est:* chi irrompe in un luogo, chi non rispetta chiusura, è di natura violento. Nè il cambiamento è tutto mio od arbitrario, ma va sussidiato della autorità d' un buon filologo. Accennava ad esso il Fromondo, quando proponeva la lezione: *Sed non miror quod impetum in curiam fecisti: quoniam violens es, nihil tibi clusi est.* Io però non ritenni necessaria quella sua inversione del testo, e solo il *violens* posi dove nelle altre edizioni vedesi il *volo*.

(7) Il dio d' Epicuro è impassibile, non si dà briga alcuna delle cose umane, nè dà briga altrui: Claudio in quella vece assai affaccendò sè stesso, p. es. nel foro, facendola da giudice dì e notte, sofferendo molte indegne cose (Cap. VI: — *tu scis quantum illic miseriarum pertulerim*); e diè briga agli altri, e briga assai, derubandoli, angariandoli ed occidendoli (Cap. X. *tam facile homines occidebat, quam canis exta edit*). Non si parli adunque di far dio epicureo Claudio Cesare.

(8) Gli Stoici davano al loro dio forme sferiche: così il mondo, perchè foggiato a quel modo, chiamavano dio. Claudio adunque non può essere dio stoico, se non può mostrarsi perfetto (nel *rotundus* c'è l'idea di perfezione) perchè non ha membra conformate a maniera di globo. Ma Ercole non s' accontenta di queste ragioni, ragioni da Momo, e dice: Guardi bene, vossignoria, e troverà poi qualche cosa di stoico in Claudio. E ce lo trova il dio, che risponde, in questo solo essere Claudio alquanto stoico, che non ha nè sentimento nè ragione (*nec cor, nec caput habet*). A tutti è nota la professata insensibilità degli stoici, macigni all'urto delle sventure, palle di vetro all' elettricità de' piaceri: almeno dicevano d' esser tali. Quanto poco sapessero far uso della ragione, se lo sapeva l' A. N. il quale nell'epistola CXIII erasi burlato de' loro ragionamenti, e, partendo da certi loro principii, li avea condotti alla bellissima conseguenza: *ambulationem esse animal et quidem rotundum.* Della sua stoica insensibilità Claudio, fra gli altri, diè questo luminosissimo esempio. Dèttogli che Messalina, sua moglie, era stata spacciata (i liberti, non lui, aveano ordinata quella occisione), continuò a mangiare e a bere senza mostrarsene minimamente commosso. Nei giorni successivi non si scorse in lui segno alcuno d'odio o di gioja o di mestizia o d' altro sentimento proprio dell' umana natura. Della sua follia molte, e non meno splendide, le prove.

(9) Seguitando a raffrontare la mia lezione con quella del Ruhkopf, nel cap. VIII, si vedrà ch' io levai dal testo le parole *saturnalia eius*. E ciò feci perchè da molti assennati filologi le furono giudicate manifesto glossema di qualche saputello, il quale con esse avrà voluto spiegare il *mensem eius*. Sono di tale avviso lo stesso Ruhkopf, il Sonntagio, il Fromondo, il Gronovio ed altri molti. Il Ruhkopf posele tra due parentesi nel testo: io le cacciai in fine di pagina a maniera di nota. Se Claudio avesse chiesta la grazia d' esser fatto dio da Saturno, non la avrebbe ottenuta, dice il dio interlocutore, abbenchè per tutta sua vita abbia tutto l'anno celebrata la festa di Saturno, la quale per gli altri durava alquanti dì. Fu ognora un bravo bevitore, un buon parasito, un eccellente giuocatore, un padrone de' più babbioni, ha dei meriti insomma verso Saturno; tuttavia Saturno non lo può giovare appo Giove.

(10) Il Fromondo: *Minima iactura sensus, possumus cum interrogatiuncula sic legere: illum Deum ab Iove* (nempe fieri), *quem quantum quidem in illo fuit, damnavit incesti?* — Giove non può tollerare che Claudio sia fatto dio, perchè costui, occidendo L. Silano, calunniato d'aver avuta la sorella Giunia Calvina come moglie, condannò come incestuoso lo stesso Giove, a cui Giunone è moglie e sorella.

(11) Nelle parole del Fromondo, che io qui riporto, si troverà giustificata anche la lezione: *Quare, quaero enim, sororem suam?* che io adottai (*). Dice il Fromondo: *Placet....locum totum refingere ad Turnebi, et proxime veteris lectionis exemplum.* Quare, inquit, quare sororem suam? *ut turpiculum aliquid verbum subticeatur, et verba sint Claudii .... Nonne, aiebat Claudius, Silanus mortem commeritus, qui Calvina sorore, tanquam uxore abusus? Cui respondet nequiculus, ille deus:* Stulte, stude: Athenis dimidium licet, Alexandriae totum. *Negat ideo debuisse mori, nam si studeas et legas historias, inquit, dimidias sorores, idest germanas ex eodem patre, non tamen uterinas, ducere licebat Athenis, Alexandriae vero totas sorores, sive germanas uterinasque simul.* Lo dice anche Cornelio Nipote nella prefazione alle *Vite degli eccellenti generali: Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio, quippe cum cives eius eodem uterentur instituto.* — Egli è vero che io dalla lezione stessa del Turnebo levai la voce *inquit;* ma è pur vero che, ridotto tutto il brano a maniera di dialogo, la non vi potea aver luogo per nessun modo. Ancora può averla intrusa l'amanuense, per indicare ad altra persona quelle parole doversi riferire. È vero ancora che, dov'egli ripete il *quare,* io leggo *quaero enim;* ma è pur vero che non mi è necessario d'allontanarmi questa volta dalla lezione del Ruhkopf *quaero enim*, la quale è più calzante, più Claudiana. Dice Claudio: Mi diranno poi i signori dei se sia lecito tenersi la sorella come concubina, chè proprio desidero saperlo.

(12) Tutti gli antichi codici veduti dal Fabro leggono *stude.*

(13) Perchè a Roma gli uomini (fra quali L. Silano) la fanno all'Ateniese o all'Alessandrina, ed egli Claudio li condanna, siamo condannati pur noi, è condannato il nostro re Giove, che, si tenendo la sorella per moglie, la fa egli pure alla maniera che il nostro signor censore disapprova. Ecco colui che vuol emendare i publici costumi, ecco il nuovo legislatore del mondo. Ma gridi pure a sua posta: e' vuole drizzare le gambe ai cani; parmi dica quel semidio colle parole: *Quia mures molas lingunt, hic nobis curva corrigit.* E infatti il mostrare a Claudio che, per la sua apoteosi, non poteva sperare sul consenso di Giove, del re degli Dei, stato da lui offeso crudelmente, era il più forte argomento che avessero gli Dei omerici per levar dal capo sì dell'avvocato che del cliente il pensiero di quella deificazione, ed era quindi l'argomento che più d'ogni altro dovevano adoperare. Il Forcellini, dichiarando il proverbio *Mures etc.*, dice: *Proverbium, quo videtur significari Romae omnia humano et translatitio more fieri, nihilque agi, quod et non alibi usuveniat...., vel omnia*

(*) Nel testo, pag. 13, lin. 28, leggi *quaero enim: quaeso* non è errore, ma io seguo la lezione *quaero.*

Romae abundare, et deliciarum esse affluentiam; vel denique magnam ibi esse vivendi licentiam. Discorre poi così sull' altro proverbio: *Curva corrigere dicitur de censoribus importunis, quique ea corrigere se posse putant, quae nimis iam inveteravere. Nos dicimus:* Dirizzare il becco agli sparvieri.

(14) Claudio era rotto a vizio di lussuria; dice però quel dio: Costui, che qui la fa da colomba innocente e da santone, costui che si scandalezza dei diportamenti di Silano, che se ne faceva poi egli nella sua camera? Io non ve lo so dire; astronomo, forse avrà contemplato le stelle, il cielo, al quale anelava sino d' allora: infatti vuol esser fatto dio. Che Claudio avesse dato opera allo studio dell' astronomia possiamo dedurre dal passo seguente di Dione (lib. LX): *Quod vero natali suo defectio solis futura erat, veritus ne tumultus inde excitaretur, quum alia etiam prodigia accidissent, antequam fieret, scripto publice proposito, non modo futuram eam defectionem, et tempus, et quantitatem eius significavit, sed etiam caussas .... Hoc ita soli accidit, ac tunc ita a Claudio publice expositum est.*

